Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in VIII libr. philosophicorum Arist. exceptus a Michael Schweizer, mon. Salemitani professo - Cod. Ettenheim-Münster 359

Specius, Johannes

[S.l.], 1596

Quaestio 1a

urn:nbn:de:bsz:31-132384

Visual Library

remouens ad ~~cognitionem~~ notitiam Dei ascendere dici-
mur uia negationis. Ab alio nostat causalitatis
sed quam ex efficientia aliisq modis causandi Deum
cognoscimus. Hac aut 3tia uia progreditur in hoc
lib. inter scripta ex motu et ordinat. causarum
subordinatarum mouentium ostendit deueniendum esse
ad unam primam causam primum motorem Deum quibus nu-
tandem consequenter modis expressit: Conatus ostendere
effici ab illo caeli gyratione quae principio careat
nec finem ullis saeculorum aetatibus sit habitura.
Quatuor aut potissimum partibus hic liber constat in quarum 1a
agit de Motus perpetuitate in 2da de eo quo perpetuatur. De
primi motoris immobilitate. In 3tia de motuum ordine, generatim
uidelicet inter illos sit primus et qualis sit. In 4ta denique de condi-
tionibus primi motoris fusius agit. Prius uero quam de motus ac
mundi aeternitate disputationes ingrediamur explicatione
principium illud: omne quod mouetur ab alio mouetur et alia
quaedam illud occurrere possunt.

Utrum omne quod mouetur ab alio moueatur

Quaestio 1a.

Pro parte negante non sunt pauca argumenta 1o Lapis deorsum ferri primo — Negatiua sententia
deorsum et ignis ascendendo mouentur et non ab alio. Ergo non
omne quod mouetur ab alio mouetur. Probatur consequens quia nulla
extrinsecus adest uis impellente sua sponte ferunt

Argtum 2dum. 2do Sagitta globus et id genus alia certo modo impul-
sa magna velocitate feruntur et non ab alio quam potentia.
Ans. Si ab alio moventur a projiciente, sed hoc non, quia projiciens
periret priusquam finiatur Motus: Neque vero et ab aere de-
ferente quia tamen ut aliqui existimare possit, passive namque
se magis et aer ille quam active per quem resemtiras
tatur. Argtum 3um. 3tio Animalia moventur tamquam seipsis motu pro-
gressivo ambulationis probatur quia moventur a principio intrin-
seco: Neque videtur esse satis si respondeas illa non secundum
se tota sed tantum secundum partem aliquam moveri quia in totum
neque manet illa moveri a se et non ab alio quod de partibus
motae non essentiales et aliquid ipsius compositi quod essentiales componunt.
Argtum 4um. 4to Intellectus movet seipsum actum intelligendi producendo
et actum in se recipit tamquam ipsius efficiens principium simul quidem
et clarius apparet in Angelo seipsum ac propriam
intelligendi facultatem et eliciente et recipiente quam non
Argtum 5um. ab alio movetur quod de motu quaeritur. 5to Multae qua-
litates seipsas intendunt et idem a seipso alterantur
adeo non omne quod alterationis motum subit ab alio motum
accipit. Ans. probatur quia stomachi calor hyeme est in-
tensior quam aestate: nec satisfacies si dicas calorem
non a seipso intendi sed per antiperistasin a frigore circum-
stante: quia in frigore sit qualitas caloris contraria
ac directe contraria tamen abest ut intensionem aut per-
fectionem caloris efficiat ut omnem calorem quantum

in se e moliat & invertunt. Praeterea radii so-
lares cum per reflectionem in se reciprocati seipsos in-
tendunt. Et demum communis experientia vere qualibet unam
seipsa colligentem atque unientem fortiorem est quam
diffusam quod non alia ratione contingere videtur nisi quia una
eademque qualitas seipsam intendit. Sexto calida — Argum. 6tum
aqua semotis impedimentis seipsa ad nativum frigus
paulatim ac ~~sua~~ successive revocat ergo seipsam
frigefacit eandemque frigefactionem ipsa quoque recipit
&c. Et ultimo cor animalis nulla vi extra mo- — Argum. 7mum
vente seipsum movet sicut patet quia vitae princi-
pium est aliorum motionum omnium fons & origo.
His non obstantibus constat sibi Auctor cum asserit omne quod mo- — Affirmativa seu Auctoris est subtilis
vetur ab aliquo alio moveri quod per inductionem sua
ratione confirmat: omne quod movetur cuius si aliqua pars
quiescat totum quiescit, non movetur a se sed ab alio: sed hoc
quod movetur est huiusmodi ut quiescat si eius aliqua pars
quiescat ergo omne quod movetur ab alio movetur. Probatur ideo
hoc modo nihil quod a seipso movetur ideo cessat
a motu quia aliud id movere desinit quandoquidem eius
motus ab alio non dependet ergo quod quando altero quies-
cente a motu desistit id se necessario a seipso
movetur. Sed advertendum autem diligenter est Auctorem

Arist. dic. q̄d t[r]ac. n̄ q̄mq; sz de motu physico p̄fc. magn̄ repugnat oē q movetr ab alio moveri localī
ēē et motu n̄ q̄mq; indiscriminatim sz de mo-
tu physico p̄fc: im inde patet q ani spacī
sumpsit infinita corpora q in una infinita mo
lem possunt quiescere: q aut locatg sit et
motu p̄se sitū motu ē q̄stat-n. motu p aurib
oīa ea q à sua propria forma tanq; intrin-
seco principio moventr à seipsis quitari psse:
neq; vo et dubiū est vtrū id q movet ab eo
Id ē necessariū ut movens et motū supposito distinguatr. q motū recipit supposito distingui oporteat idq;
quandoq; necessariū ēē, q8 ē q accidat. Respon
Quo q̄stio sit. Arist. dem. ut propositio Artica sit illegali An ēē q p̄de
ac physice movetr ab eo q movet reipsa distinguatr.
Q'g rotatis ita pbr ampl̄g q̄lusio fieri n̄ pt ut
Pbr n̄ ēē idem q movet et q movetr. idem respectu eiusdem formae sit in actu et potentia
stat v.g. ut sit actu calidū et potentia calidū aliq;
ēēt et n̄ ēēt calidū: sz id q ad aliquā formā
movet ēēt eā actu et q movetr ēēt eā potentia
g n̄ pt ēē idem q movet et q movetr Minor
pbr qa nulla forma educit aliā et potentia educti
pbr 2do. quo caret ipsa praeterea oīb motg physicg re-
cipitr in maa ergo si ipsa ad eundē motū effici-
endū active concurrere n̄ pt erit aliud q physicū

motum efficiat at verum est sic quia materia est pura po-
tentia et cum sic recte sint omni actu carere ita etiam
ad efficiendum facultatis expertem esse quod verum est
et posterius videlicet quod aliud quodpiam sit physice moti-
onem eliciens. vel forma quod aliud est quod movetur aliud
quod movet. Sed advertendum est quamvis ad astruen- Notabi
dam veritatem [pronuntiati] antecedentis sufficiat dari distinctionem
inter formam et materiam quamvis illa efficiat haec
recipiat motum tamen amplius requiri videlicet ostendere
quod in rebus physicis id quod movet esse quodpiam ex materia
et forma compositum realiter ab eo quod movetur distin-
ctum ut omnino ut artifex ab instrumento ut materia
a se mota; ut non omnino sed ea saltem reali distinctione
quae inter qualibet partem integrantem sui totius intercedit: qua quidem ratione videre est in animali partem
unam ex materia et forma genitam videlicet cor a quo
motus omnis in reliquum corpus derivari efficienter.
Iam ad argumenta initio posita redeamus. Ad primum secundum Ad 1m et 2m argumenta neg: sunt. patebit ex sequentibus.
et tertium patebit ex sequentibus. Ad 4tum respondeo Re. ad 4tum
quod potentiae immateriales ut intellectus et voluntas operationes
tiones suas eliciunt non esse idem re omnino quod agit
et quod actionem illam in se recipit quod in dependant
pre[termittit] quia actus intelligendi producitur ab intellectu et
ipse recipit uno in intellectu ipse ac inde sumptum;

at intellectus clarum est absque specie quomodo scilicet rem
distinguat a seipso una cum specie sumpto.
Intellectio non in speciem resolvi non debet propterea quod species non sit principium passivum
sed activum tantummodo: praeterea volendi actus producitur
a voluntate et notitia resolvitur aut in solam volun[tatem]
volitionis aut per se et volitionis una cum notitia reatu saltem
inadaequate distinguuntur. Ad id quod de angelo addebatur
dicendum est quod per se ipsum intelligit scilicet praeterita res
dici potest in eo esse aliud quod movet aliud quod movetur
itaque et in angeli operationibus ordinariis et plurimis
quantitate verificabitur: quamvis non omnino nemo sit qui
probabile esse existimet angelum neque suipsius cognitio-
Respondetur ad 3um · nem sine specie intelligibili efficere posse. Ad 3um respon-
detur qualitatem nullam per se aut motu directo a se
ipsa intendi posse atque idem respectu eiusdem per
Respondetur ad probationem · actu ac potentia foret quod fieri nulla ratione potest ad probationem
dicitur stomachi calorem hyeme maiorem esse non ideo
quod calor in una illius parte inexistens in eadem
semetipsum per se intendat sed quod circumstantis aeris
frigus cutis spiramenta constringendo spiritibus
qui caloris vehicula sunt foras prorumpendi facul-
tatem neget quo fit ut tunc maior sit caloris
et spirituum copia intus afforetur: contra vero in aesta-
te qua calor ambiens spiramenta laxat et spiritus
foras elicit plurimumque substantiae dissipat minus

calore intra corpus relinquit. Et haec solutio non sequitur est notanda propter alia naturae contraria exempla ubi calor interius ad extra pro dicto non augescit. Sic enim frumenti ac stirpium vapore aliove egressum detinet quo collectus madescit ac nova germina exprimit. Sic acervus tritici non ventilati vapor cohibitus putrescit, sic por- niores rasurae aliaque id genus complura. Ad huius intensionem quod attinet dicendum est radium in se reflexum non intendi, sed actus in seipso intendi qualitatis verum ea luminis portio quae in rectum porrigi debet a corpore opaco impedita per radium recurrentem compensat ulteriorem progressum. Neque denique ergo quod unita virtus efficacior sit quam diffusa colligi potest idem a seipso moveri. Cum enim ista [illegible] nec ita est accipienda quasi qualitas seipsam directe et per se intendat sed quia quando partes [illegible] in qua qualitatis activa inest contiguantur eo partes exteriores ipsius qualitatis propinquius ad se invicem accedunt, suasque partiales activitates magis coniungunt, ex qua coniunctione fortior evadit et efficacior actio. Ad 6tum quod attinet quamvis causa sit aqua calefacta ad frigus pristinum sese revocandi variae fuerunt doctorum sententiae probabilius tamen sentire videntur qui aiunt illam non aliare ulla

[illegible]

Quod ad 6tum

quā sua forma ſpria ſubſtāli frigus ꝯditum
recuperare id q̄ hac velut inductione probat
q̄a nihil aliud commode indicari pt ꝑ quod ad
nativū se frigus recipiat. In primis n̄ ꝑ maiorē
aut quātitatē q̄a maior ē sua ꝑtia & quātitat
ſtitꝫ nihil activitatis hꝫ. Nō ꝑ aliud agens
q̄a si actio illa ab ullo agente alio ꝑficeret
id eēt frigus sꝫ hoc nō est cū in aqua summē
calida frigoris nihil insit & ut aliquis inee aliqd
ponat illud tn̄ n̄ pt nisi adeodū remissum eē.
Nec pt ad frigus revocari ab aere circumstante
q̄a hic sæpe calidior ē quā aqua nec credere
eo frigus amissum recuperat q̄ in ſtientib. aqua
summē calefactæ frigus ꝯtilescat; ridiculū
n. ē asserere in aqua calidissima reperiri
ꝑtes frigidissimas; id q̄ dicendū ē si ista
ē cā frigoris recuperati q̄a ꝑtes quas dat
retinere frigus tam multæ sūt necē ē quā
multæ sunt calorē ꝯtinentes & in illis cō
ꝑmixtæ; alioq̄ si portio aliqua notabilis nullas
hēret admixtas iam illa à cæteris segregata
n̄ poet ad naāle frigus se revocare q̄ ē ꝯtra
dictum. Præterea quomō q̄so fieri pt ut aliqua

particulæ aquæ abrgue patiant aliam patiant̃ ne illa q̃dẽ q̃ propinquiores sunt necessario. Nec denum pt dici aqua ad frigus revocari per qualitates quasdam virtuales quas nonnulli comminiscuntur quia superuacaneum est ponere plura ubi pauciora sufficiunt hi aut potius ponere coguntur in quolibet elemento plures qualitates virtuales quæ pluribus actualibus respondeant cum tamen forma una sub, stantialis cuiusque rei satis esse possit ad praestandum id propter quod illarum multitudo inducitur. vide Fons. in 10 Metaph. c. 7. q. 7. sect. 2. q. l. Sane et pre, dentem opinionem solide admodum refutat.

Ad ultimum respondetur ex com̃ philosophorum sententia cor animalis ab anima ipsa moveri: sit autem ipse motus in vim potentiæ motivæ qua tanquam instrumento proprio sibi utitur anima: cum enim anima substantia quædam sit proxime et immediate operationum suarum principium esse non pt indiget potentia qua velut instrumento motum illum exequatur. Haec aut alia esse non pt quam illa quæ ab hoc effectu nomen accepit facultas motiva. Resp. ad 7um. Quo cor animalium moveatur?

A quonam moveantur proiecta.

Quæstio 2da